HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 66r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



an improbanda. Tu igitur ne quod ego petieram face
res, nouum argumentum reppisti. ut assereres
gentiles qui in xpm credidissent legis onere
liberos. eos autem qui ex iudeis crederent legi
esse subiectos. ut per utramque personam et paulus
recte reprehenderet eos qui legem seruarent
quasi doctor gentium. et petrus iure rep
henderetur qui princeps circumcisionis id impera
uit gentilibus. quod soli qui ex iudeis erant
debuerint obseruare. Hoc si placet immo
quia placet. ut quicumque credunt ex iudeis.
debitores sint legis faciende. tu ut epc scs de
bes promulgare hanc sententiam in toto orbe
notissimum. et ad assensum tuum omnes coepos tra
here. Ego in paruo tuguriunculo cum mo
nachis id est cum peccatoribus meis de magnis
statuere non audeo. nisi hoc ingenue confite
ri me maiorum scripta legere. et in commenta
riis secundum omnium consuetudinem uarias ex
planationes ponere. ut e multis sequatur
unusquisque quod uelit. Quod quidem te puto.
et in sclari litteratura. et in diuinis libris
legisse et probasse. Hanc autem explanationem.
quam primus origenes in decimo stromatum
libro ubi epistolam pauli ad galathas interpre
tatur. et ceteri deinceps interpretes sunt
secuti. illa ut maxime causa sub introdu
citur. ut porphirio respondeant blas
phemanti. qui pauli arguit procacitatem.
quod principem apostolorum petrum ausus est rep
hendere et arguere in faciem. hac rationem
constringere quod malefecerit. id est quod in eo er
rore fuerit. in quo fuit ipse qui alium argu
it delinquentem. Quid dicam de iohe.
qui dudum in pontificali gradu constan
tinopolitanam rexit ecclesiam. et proprium

super hoc capitulo latissimum exarauit librum.
in quo origenis et ueterum sententias est
secutus. Si igitur me reprehendis errantem.
patere me queso errare cum talibus. et cum
me erroris mei multos habere socios perspe
xeris. tu ueritatis tue saltem unum astipu
latorem proferre debebis. Hec de explana
tione unius capituli epistole ad galathas. Sed ne
uidear aduersus rationem tuam niti testium
numero. et occasione uirorum illustrium sub
terfugere ueritatem. nec manum audere
conserere. breuiter de scripturis exempla
proponam. In actibus apostolorum. uox facta est ad
petrum dicens. Surge petre occide et man
duca. id est omnia animalia quadrupedum
et serpentum terre et uolatilium celi. Quo
dicto. ostenditur nullum hominem secundum na
turam esse pollutum. sed equaliter omnes ad xpi
euangelium prouocari. Ad quod petrus respondit.
Absit. quoniam numquam manducaui commune
et immundum. Et uox ad eum de celo secundo
facta est dicens. Quae deus mundauit. tu ne
communia dixeris. Fuit itaque apud cesaream.
et ingressus ad cornelium. aperiens os suum
dixit. In ueritate compari quoniam non est personarum
acceptor deus. sed in omni gente qui timet deum
et operatur iusticiam acceptus est illi. De
niquam cecidit spiritus sanctus super eos. et obstupuerunt
ex circumcisione fideles qui uenerant
cum petro. quod et in nationes gratia spiritus sancti
effusa est. Tunc respondit petrus. Numquid
aqua. Quis prohibere potest. ut non bap
tizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt.
sicut et nos. Et iussit eos in nomine
ihesu xpi baptizari. Audierunt apostoli
et fratres qui erant in iudea. quia et gen

66